restituat; Ita ergo sollicitudo tua studeat. ut denuo ad nos ac
de causa querella non redeat; **xcvIIII. GREG. FELICI SICILIAE.**
Susceptis magnitudinis vestrae epistolis. contristati
sumus. quod ab actoribus eccle syracusane. quasdam possessi
ones quas vos tenuisse dicitis. occupatas inrationabiliter
indicastis; sed credimus quia hoc ad fratris et coepiscopi nri
iohannis notitiam non pervenit; Nam absolute poterat cog
nita veritate. siquid inlicite factum est emendari; et ideo
quia legali praescriptione decretum est. tam momenti quam pro
prietatis causa. in uno eodem que iudicio debet recognosci.
Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus defini
re. praedicto fratri nostro scripsimus. aut auctores eccle suae
deputare debeat. qui vobiscum sine mora electorum possint
subire iudicium. Ne aut vos res vestras sine cognitione sicut
querellam facitis amittere. aut pars altera videatur praeiu
dicium sustinere; Gloria ergo vestra nullas in eligendo difficulta
tes interserat. aut differat ad causam accedere; Nam omni
no desuper scriptis fratris et coepiscopi nri moribus certi sumus.
quia facere quicquid rationis ordo exegerit non recuset;
**C. GREGORIUS IOH. EPO. SYRACUSAN.**
Felix vir magnificus. suis nobis epistolis questus est. fraterni
tatis vestrae actionarios. possessiones quas tenuerat. illicite
et contra iuris ordinem pervasisse. petens ablata sibi restitui. et
secum eis si tamen causam voluerint dicere. paratum esse in
iudicio sine aliqua dilatione consistere; Quod si ita est. legalis
ratio quia quid habeat non nescitis. oportet ut omni mora

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0476